

D. A. G.

Dissertationis Academicæ,

De

Patrocinio Caussæ Injustæ,

Pars Prior;

Quam

*Conf. Ampl. Facult. Philos. in Reg.
Acad. Aboënsi,*

Publice examinandam fistunt

Jacobus Johannes Lagerström,
Phil. Mag.

Et

Samuel Gabriel Mellenius,
Borealis.

In Auditorio Majori, die Octobr.
An. MDCCCLXXXVI.

Horis ante meridiem solitis.

Aboæ, Typis Frenckellianis.

Viro

Amplissimo atque Consultissimo,

Domino

Henrico Ablequist,

Judici Territoriali Longe Meritisimo,

Patrono Optimo,

In qualemque pii & beneficiorum memoris animi
pignus monumentumque

Sacrum

Voluit, Debuit
Auctor.



De patrocinio caußæ injustæ.

Mὴναὶ νερδαίνεν· μὴναὶ νέρδεα ἵστοις
HESIODUS.

§. I.

Ut nullam tam salutarem & ad morbos depellen-
dos tam efficacem unquam parare scivit soler-
tia humana medicinam, quin & sanandi sua vi priva-
ri & sanitati maxime nociva perverso usu reddi pos-
sit; ita in hominum facinoribus coercendis nemo tam
felici unquam usus est auspicio, ut remedia sua, quan-
tumvis in se saluberrima atque præsentissima, virtuti
tamen ipsi subinde perniciosa efficere non valuerit ne-
quitia improborum (*a*). Scilicet succrescentibus vi-
tiis

A 2

(*a*) Pulchre OVIDIUS *Trist. Libr. II. vers. 266. sq.*

Nil prædest, quod non laedere possit idem.

*Igne quid utilius? si quis tamen urere tecta
Comparat, audaces instruit igne manus.*

Eripit interdum, modo dat medicina salutem:

*Quæque juvans monstrat, quæque sit herba nocens.
Et latro, & cautus præcinctus ense viator:*

tiis certam allaturus medelam hinc tanta indiget anni-
mi perspicacia, tanta sapientia & pietate, quantum
sibi polliceri vix possit mortalium conditio, illinc ea
hominum in flagitia fese ingurgitantum est malitia,
ut & præcepta Philosophorum sapientissima & leges
imperantium sapientiae, justitiae & æquitatis laude,
auctoritatis pondere & utilitatis ubertate illustrissi-
mas non solum alto despiciant supercilie, sed etiam
ad arbitrium suum, quo tetra sua facinora honesta
occultant specie, torquere vitæque suæ sceleribus con-
taminatissimæ præsidium facere haud erubescant. Cu-
jus quidem rei quæ de patrocinio injustæ caussæ in
foro sanctæ sunt leges diversissimæque Philosopho-
rum de eadem re opiniones idoneum præbent e-
xemplum.

Tametsi vero ne palmarias quidem earum ex-
ponere instituti permittit ratio, tamen, ut doctrinam
de patrocinio caussæ injustæ, ad quam explicandam
aggressi sumus, uberiori collustremus lumine; perpau-
cas earundem breviter enarrabimus & æqua lance
ponderabimus.

Nocentem in foro defendere virgula censoria
haud dignum facinus a Romanis fuisse reputatum res
est notissima. Et quamvis caussæ Patrono mercena-
rium

Ille sed insidias, hic sibi portat opem.

Discitur innocuas ut agat facundia caussas;

Protegit hæc fontes, immeritosque premit.

rium clienti suo se tribuere *lege Cincia* (b) sapientissime fuerit interdictum; unusquisque tamen favoris civium, expeditam quippe monstratis viam ad summum honoris fastigium ascendendi, aucupandi gratia patronum reorum summa voluntate suscepit & eximium ac singulare in caussam clientis sui probe communendum navavit studium. Etjamsi vero prudentissima hæc Romanorum instituta plurimis haud contemnendis obviam iverint incommodis, idque in primis efficerint, ne vel reus, qui fraudulentas improbi accusatoris artes disjicere non valuit, inexplicata caussa condemnaretur, vel cum egestate conflictantes illo insuper maestarentur infortunio, ut divitum oppressi opibus ultimis immergerentur miseriis (c); attamen ne facultate sapienti consilio sibi indulta etjam viri cætero-

A 3

ro-

(b) Cavetnr ea: *ne quis ob caussam orandam pecuniam donumve accipiat.* TACIT. *Annal. L. XI. c. 5.* Legem huic similem apud veteres Gothlandos fuisse receptam docet *Jus opidanium Visbienense L. II. c. 23.* So we enes vorspraken bheuet, de eneme enen van butene to wene he wille, unde desme darf he nene giste ofte mede gheuen. Worden se oc des verwunnen dat de ene gheue unde de andere neme, so betere en jowelf der Stad III. marc. *Si quis indiget patrocinio, is constitutus sibi quendam ad judicium non pertinentem, quemcunque voluerit, nec donum mercedemve ei dare liceat.* Alterum dedisse alterumque accepisse si compertum fuerit III. marcarum multas uterque oppido solvat.

(c) Erudite & more suo ingeniose ostendit CICERO *de Officiis L. II. c. 20.* cur in hominibus juvandis, seu in patro-

requin haud improbi s̄epissime abuterentur impedire non valuerunt. Cum enim antiquo comprobatum fuerit usu, ut caussæ orationibus coram judicibus habendis agantur (*d*); prosperum caussæ eventum plurimum e patroni pependisse gravitate & facundia, adeoque clientem gravissimo plectendum suppicio, si virum Ciceroni eloquentia parem caussæ suæ patronum constituit, absolutoria haud raro innocentem pronunciatum fuisse sententia, quisque orationis fleximæ percipiens vim & vel modica Romanarum rerum gaudens peritia nullo negotio perspicit (*e*).

Huic

cincio suscipiendo, vir inops idemque bonus diviti ac insolenti sit præferendus, diviti vero & bono non postponendus.

(*d*) Confvetudinem hanc apud nonnullas gentes nostro adhuc ævo vigere notissimum est.

(*e*) Exemplum allegemus C. NORBANUM reum nocentissimum civemque, Cicerone teste, seditionis & inutilem M. ANTONII *oratoris* eloquentia absolutum. Nec semel fucum se fecisse judicibus jaicitat Cicero e. g. cum *Numatium in iudicio defendisset, isque absolutus socium ipsius Sabinum accusaret, ita fertur ira eiusdem Cicero fuisse*, ut in hæc verba prorumperet: *Nimirum tua opera Numati, damnationem effugisti, non me multas tenebras in luce judicibus offendente?* PLUTARCHUS *in vita Ciceronis. Interpret. Xyland. Conf. Orat. pro A. Cluentio Cap. 50.* Verissime itaque Cel. GARVE (Ann. zu Ciceros Büch. von den Pflichten L. II. c. 14.)— Diese vom Cicero in seinen moralischen Schriften nirgends getadelte, in seinen rhetorischen so oft angepreisene Bemühung der gerichtlichen Redner, die Leidenschaften, für oder wider jeden Menschen oder jede Sache, einzunehmen, nachdem es ihre Ab-

Huic itaque impedimentum objecturi malo, aliam hoc nomine magis idoneam, omnique ornatu oratorio carentem jura sua tuendi rationem, cauſtas dicentibus omnium fere nationum legumlatores præscripsere. Testatur hoc de AREOPAGITIS ARISTOTELES (f) & de ÆGYPTIIS DIODORUS SICULUS (g).

Cæterarum gentium silentio jam prætereuntibus statuta, an sapientissimæ patriæ leges nequitiae cauſſidicorum reprimendæ sufficient, operaे sit pretium perpendere.

Facultatem cauſæ patronos, seu rerum forenſium procuratores, adhibendi haud nuper in patria litigantibus esse indultam, leges nostratium antiquæ luculentis-

sicht erforderte, war eine der unsichtbarsten Ursachen des Verderbens der alten polierten Staaten, und besonders des Römischen. Wenn es erlaubt, wenn es ehrenvoll für den Sachwalter ist, die Leidenschaften der Richter zu gewinnen, so bald er ihren Verstand nicht überzeugen kan: warum sollte es für den Richter selbst eine Schande seyn, diesen Leidenschaften nachzugeben: und wenn sie diesen durch Rednerkünfte in ihnen erweckten nachgeben dürfen, warum nicht auch ihren eignen? &c.

(f) *Rhet. L. I. c. I.* Addit rationem dicens: *Non enim oportet judicem pervertere, exacuendo ad iram vel invidiam, vel misericordiam: Perinde enim est ac si quis, qua usurus est regula, eam reddiderit perversam.*

(g) *Bibl. Hist. L. I. c. 6.*

tissime ostendunt (*h*); veruntamen cum antiquitus nec
cer-

(*b*) Gravissimum hujus rei testimonium perhibet LEX OSTGOTHICA Cap. XIV. Næst. B. cujus hæc sunt verba: Nu är man uthländske ålla ber färran: swa at han giter egh fialver sjuia Sak sott, ållar är siuler, ek gitter egh farit, ållar är witsfärlinger of kan egh, ta må thezum lundum Um budzman hafwo. Manifestissime idem testatur MANDATUM ERICI POMERANI de an. 1413. (ap. Hadorph. ad Jus Birc.) in cujas §. 9. legitur: Item wore nogher satif eller rijk, een eller annen stempder til the forda Repsta ting, oc singe han Laglik forfall, at han ei kemma konda, tha seal han senda en for sik som fullemakt hauer a hans wegna mz hans opne Bref oc incigle, och andra godha Manna Incigle til tygh och witnesbyrdh for samma Brefat swara, anamma oc göra raet, lijskaeruis som han saeluer ner waere, sem Saken aer ardrande. Quæ leges vadimonium santicis de causis deferentibus causarum suarum & civilium & criminalium patronos constituen- di dant veriam. Cfr. mand. cit. §. 1. A quibus hoc nomine parum discrepat JUS CHRIRSTOPHORIANUM Cap. XV. §. 1. Jord. B. ubi ita sanctitur: Engin hafwi och wald at döma öfwer noghors mans Jordagöz eller äghodela, Utan Jordåghan- de mari laglika stämpder och helswier til swars, eller hans wi- sa Umbudh som hans fulla macht hafwer med hans epna bref egh Insigle. Nec in diversum tendit Cap. XXIX. Keng. B. ejusdem leg. Vid. RÅLAMB Observ. Jur. Pract. L. II. Cap. 2. Obs. 1.

Nequimus itaque omnifariam adstipulari verbis in Art. XV. Processus Judicialis Glorios. GUSTAVI ADOLPHI d. 23. Junii 1615. occurrentibus: Och ändoch man icke finner något Therom i Sveriges Lagh, hafwer och sällan här uthi Rijket warit tillåtit at man hafwer brukadt Advocater och Procuratorer, uthan hvar och en hafwer framställt sin Saak

certum hominum fuerit genus, qui cauſſas aliorum
B de-

för rätta thet båsta han hafwer funnat. Lijfwäl efter xc. Quia propter valde lubrico fundamento vacillantem suam de hac re opinionem superstruxit LOCCENIUS, existimans priscos vel nunquam vel raro advocatis & procuratoribus usos esse, sed ipsos litigantes cauſſam suam, prout potuere, egiſſe, idque conſtare putans ex art. XV. process. judic. *Antiquit. Sveog. L. II. c. 4.* Quamquam vero haec tenus vera dicat, ut majores nostros in clientelam cauſſidicorum haud frequenter se commisſe statuat; tamen, cum loc. cit. non de facto sed de jure sit quæſtio, ne hoc quidem respectu ſatis accurate diſſerit.

Antiquissima tempora, quorum de hac re statuta crassis circumſuſa jacentia tenebris intacta relinquimus, respicit VERELIUS in notis ad Herwarar Sagan Cap. 6. dicens: *Patronorum & cauſſidicorum apud nos quondam ignorata nomina & artes.* Suffragatur ei SOLANDER ut plures alios silentio prætereamus. Digna quoque eſt JOHANNIS O. STIERNHÖÖK, viri harum rerum peritissimi, ſententia, quæ hic apponatur, ita vero ille (*De jure Sveonum & Gotb. vetusto L. I. c. 6.*): *Illud tamen nec commemoratione nec commendatione fortasse indignum, quod citantibus & citatis in persona comparendi neceſſitas, nec in criminalibus tantum (quod & bodie obtinet) ſed & civilibus, procuratores & advocati hic prorsus ignoti, nec ad extrellum admitti, niſi pro certis perſonis & certis in cauſis, & ſub certa etiam conditione.* *Conditio autem bæc fuit, ut principalis ipſe eos in judicio ſifteret & conſtitueret neceſſitate ſua & cauſa absentiae approbata, de qua mox. Sic autem conſtituebat, ut alios vi- ciſſim, quod bodie confeſſum, ipſi ſubſtituere non poſſent, hoc enim expreſſe veſtitum.* (Idem ſancitum eſt codice Fridericiano Cap. XV. §. 7. R. B.) *His autem ſolis babere permifſum fuit, qui vel peregrini & linguae morumque ignari eſ-*

defendendo alimenta sua expedirent, nedum singula-

sent, vel peregre profecturi, vel procul habitarent, vel agrotarent. (Liberum arbitrium de patrono in controversiis de fundis sibi adsciscendo litigantibus permittere videtur cit. Cap. XV. §. I. Jord. B. 22.) *Illis solis per alios agere concessum, sed in certis caussis.* Omnes enim criminum & de fundis controversiae exceptae fuerunt, (Certe in omnibus in iudicio, quod Räfsta ting dicitur, dijudicandis litibus permisum fuisse ex legibus supra allegatis, nostro quidem iudicio, liquet) ut quod de jure novello per expressum in caussis soli & prædiorum (An ēghodela prædia tantum significet Cap. XV. Jord. B. 22. valde dubium est.) permittatur procuratorem habere, modo eundem plenipotentia, sigilli manusque suppositione roborata, instruat, indicio est, id antea non lieuisse. Inepta sane & indigna doctissimo viro assertio! suo namque gladio sequenti facile jugulatur consequentia: expresse facit codex Fridericianus, lex novissima, censiticiis rusticis (Schuttebänder) copiam cauſarum de prædiis suis dicendarum patronum constituendi (Cap. XV. §. 5. R. B.), ergo id ante hanc legem promulgatam illicitum fuit.

Præterea nec a cæteris huic affinibus majorum institutis abhorret mos litigantibus patrocinandi; notum enim est per antiquo in patria comprobatum dadum fuisse usu, ut auctoritate jussuque judicis innocentie testificandæ gratia dubio duellorum exitui cauſarum perplexarum haud raro permitteretur decisio litigantesque campiones h. e. vicarios sua vice pugnantes nonnunquam adhiberent (si videlicet valde impares essent, vel viribus, vel ætate, vel dignitate, nefas enim robustum ium invalido, minorenem aut senem cum juvene, virum cum fœmina — componi. STIERNHÖÖK Loc. Cit. Cap. 7.); quidni igitur etiam patronos, ubi verbis atque argumentis dimicandum fuerit? imprimis cum procurato-

lare caussidicorum munus publica auctoritate constitutum (*i*), neque innumeri diverticulorum, dilationum atque provocationum anfraetus molestiam litigantibus obtulerint, nec denique immensa legum farrago eosdem in

res negotiorum forensibus non absimilium majoribus nostris haud ignotos fuisse doceat LEX SUDERMANNICA Cap. XVI.
Kirk. B. Levia hæc argumenta vim gravium saltem maxime verisimilium ex supra allatis consequuntur.

Addam his verba JURIS VISBIENS. L. 1. c. 7. Lydede de anderen laden latet cleghere oder de geladen werd, de zollen vor Gherichte comen unde vor Diad se nemôghen seckre vorual bewisen, so mach en ilic enen anderen vor sif senden.

(*i*) Nequitiae catusidicorum, de qua hodie conquerimur plurimæ sunt scatuigines, inter quas hæ fere locum tenent principem: *Vicus puta caussarum patrocinio a clientibus quærendi necessitas*, quæ quominus fide conscientiæ commoveantur etjam viri cæteroquin non iniqui haud raro impedit; verissimum namque est dictum HORATII quod

*Paupertas interdum jubeat
Quid vis & facere & pati;
Virtutisque viam deserere arduæ;*

Infatiabilis opum corradendarum cupiditas; omnis improbitatis metropolis: Admodum paullus nimiusve advocatorum numerus; litium enim multitudine hic æstimetur necesse est.

Emanat ex his fontibus nefarium studium etjam pacis studiosos ad lites incitandi easdemque multifariam contorquendi atque prolatandi & quæstui suo per fas & nefas serviendi; nec aliunde ortum dicit turpis mos plurium caussarum patrocinium suscipiendi, quam quibus rite defendendis tempus sufficiat, & quæ his similia sunt mala.

labyrinthum inextricabilem conjecterit (*k*); nulla plane est caussa cur hanc consuetudinem ea incommoda, quibus hodie obnoxia est, jam olim comitata fuisse credamus.

Quod

(*k*) Non una ratione civitati nocet nimia legum multitudine, hic nominasse sufficiat, easdem litium dirimendarum caussa conditas, si temere & nimis cumulate constituantur, ab improbis callide detorqueri controversiarumque evadere seminaria — Unde præterea mortalium ulli tanta perspicacia hoc mentis acumen, ut indigesta legum volumina aut ingenio affequatur aut memoria complectatur? Intellexit hoc JULIUS CÆSAR qui destinabat *jus civile ad certum modum redigere*, atque *ex immensa diffusaque legum copia, optima quoque & necessaria in paucissimos conferre libros*. SVETONIUS in vita ejus Cap. 44.

REGEM nostrum AUGUSTISSIMUM ne hoc quidem nomine salutis subditorum suorum fuisse immemorem docent Punder om hvilka Kongl Maj:t i näder för godt sunnit at uns verräcta Rikssens Ständer, comitiis scil. hujus anni, ubi, expositis præcipuis legum nostrarum vitiis, hæc pag. II. occurrunt verba: hvaraf ej annat kan ån upkomma en sådan svårighet uti Lagfunkspen, hvilken bør vara lätt och tillgänglig, at de tillämpande, ej mindre ån de hydande, åro försatte nästan i nödvändighet at mistaga sig. Kongl. Maj:t har deraf ansett sin Konungliga pligt wärdigt, och för Des underväntares bästi ründgängeligt at til detta angelägna åmne åsiven räcka en hilfsam hand, och säson medel dertil, aktat nödigt, at alla til efterlefnad mi gällande särstildte Stadgar och Förordningar med allmåns Lagen jemföras och at hwad deraf uti civile eller criminelle mål, som til allmän esterrättelse tjnar, i förslag til et sammandragit lagwärk under allmåns Lagens Balkar och Capitel upptages och införes med i akttagande af den nu gångbara myntberäkningen. xc.

Quod ad leges nostras recentiores attinet; eas facultatem patrocinium caussarum tam civilium quam criminalium (necessariis tamen in his adhibitis cautelis) (*l*) fuscipiendi viris bonis prudentibusque concedere (*m*), eosque ad officium suum candide atque enixe colendum, caussam vero aperte injustam deferrandam, justa prævaricatoribus irrogata poena, adstringere (*n*), easdemque, et si caussidicis mercede laborandi potestatem faciant (*o*); inopibus nihilominus litigantibus haud fragili esse præsidio (*p*) in aprico est positum.

B 3

Hæc

(*l*) Vid. Cod. Frid. Cap. XV. §. 1. R. B. Rongl. Reg. 10. Mart. 1738.

(*m*) Expressæ hoc fecit *Glorios. GUSTAVUS ADOLPHUS* 1615. supra nominato edito (Rättegångs Process.) Metuens tamen ne nimium laxas improbitati remitteret habenas, patronos ad officij sui leges sancte servandas jurejurando adstringi voluit. Excerptamus tria verba ex formula juramenti — ej bruka någon mitterlig falshet, osaining eller orätt, eller föka therefter huru jag kan til min wederparts skada och fördärf upphålla Saken. Sed plerumque inconsulte & frustra hoc exigere judicem autumamus. Ignoravit hocce editum VERNULÆUS Inst. Polit. (ed. Lovanii 1646.) L. III. Tit. IV. Cap. 8. dicens: Non licet secundum antiquas Regni (Svecici) constitutiones habere Advocatum vel Procuratorem, sed per se ipsum dicere caussam quis debet, aut si ineptus fit, per amicum aliquem propinquum.

(*n*) Vid. Cod. Frid. Cap. XV. §. 14. R. B. Litt. Reg. 12. Mart. 1756. Mand. Reg. 4. Jul. 1695. &c.

(*o*) Cap. XV. §. 12. R. B.

(*p*) Cap. XV. §. 9. & c. XXX. §. 6. R. B. Rongl.

Hæc itaque prudentissima instituta licet Romanis multis præcellant nominibus; facit tamen vaferima hominum pravitas, ut etjam hic valeat illud JUVENTALIS: *Dat veniam corvis, vexat censura columbas.*

Quum enim paucæ admodum sint cauſſæ, quarum injusitia nulla infucata occultari queat æquitatis & integratatis specie; facem nequitiæ ſuæ hic accenſam videntes malevoli, non ſolum in dolos varios conglutinandoſ, prætextus conquirendoſ jusque nefarie torquenduſ, omnes ingenii vires, ne litem perdant, turpiter profundunt, ſed etjam in id, ut dilationibus provocationibusque controverſiam procratiſtient eamque magis implicent quam explicent, quæſtui ſuo fervientes toto pectore incubunt. Adeo ut opibus præditi litem pauperibus vel minanteſ, eum hiſ injiciant metum, ut potius juſ ſuum illiſ cedant, quam in dubiam descendant arenam.

Deplorandæ itaque huic nequitiæ leges civiles, quantumviſ ſapientiſſimas, certam adferre non poſſe medelam, quæ attulimus apertiflmo ſunt indicio. Ni-miam eapropter quam cauſſidici, jure civili abuten-teſ, ſibi ſumunt licentiam præceptis Philosophiæ mo-ra-

Förord. och Taxan för alla öfwer och underrätter samt executorer. 23. Maji 1733. De fattige råttſökande Värter, ſom intet åga hvarmed de kunnal betala, bbra ſå wäl h. s. öfwer- ſom under-domſtolar och executorer, utan wedergällning undſå hvard för dem til deras Råttſökande och försvar nödiget är.

ralis cohibendam esse, hujusque iussa abnuentes Religionis Sanctissimæ adhortationibus studiosissime inculcandis ad meliorem frugem esse reducendos, quisque facile intelligit.

§. II.

Ut itaque incepsum feliciter conficiamus laborem, permagni nostra interest, quid de Patrocinio caussarum in universum præcipiat lex naturalis, paucis proponere.

Quotidiana edocti experientia novimus lites in foro dijudicandas ejus sæpenumero esse indolis, ut ingenio haud insulso exactaque juris peritia, si veritas patescat, necessario polleant litigantes, nulloque propterea pacto fieri posse, quin maxima pars hominum, tarda, juris imperita &, ubi res ardua fuerit, meticuloſa cauſas suas, aut suapte natura implicatas, aut obſcuritate a fraudulento adversario involutas, incite admodum & absurdē explicet, inepteque expli-
cataſ, quaſi inaudita adversario tradat (a). Justitiæ
ita-

(a) Probe hoc perspexit *Glor. GUSTAVUS ADOLPHUS* cuius in §. præced. not. (b) allata verba hæc admodum præclarā exipiunt: efter oſta händer, at then ſen en godh Saak hafwer, icke kan få framföra ſom thet ſig bör, och i få måtto igenem ſitt egrundade och obetänkta framſtållande fördärflvar och förvärrar ſijn egen Saak: Icke heller kunne Demarne på ſådant ſätt neghsamt bliſwa underwijſte och underrättade om Saksens Omſtändighet, ſå at the kunne dömma efter

itaque sic periclitenti succurrendum esse nemo, nisi in media luce cæcutiens, facile negabit.

Quamquam igitur lex naturalis, quippe quæ nihil iniqui in tutelam recipere queat, patrocinium litigantium in foro fuscipendi non solum facultatem concedat, sed mandatum etjam, si quidem injuriæ propulsandæ & justitiæ atque æquitati protegendæ serviat, evidentissime tradat; quæstio tamen qua ratione hæc contingatur meta, ardua & explicatu perdifficilis, solerter atque studiosissime est pertractanda & enucleanda.

Caussam enim quandam injustam esse aut satis perspectum exploratumque habemus, aut circa moralitatem ejus dubii hærentes in suspicionem tantum vocamus; porro caussarum perlustrantes naturam ingen-

bästa kunnist, som Laghbecken säger, utan nödgas följa gifningar och thet, som ovrist är, och följer så efter en wrångwiis och ogrundat Berättelse en wrångwiis och ogrundat Dom; therföre skall här medh vara Kärandenom och Swarandenom efterlätit, at så framt the sifwe icke wele eller konna framföra theras Saak och årender för Rätten, the tå måge förskaffa sig andra, som thet på theras wägna göra konna ic. Absurda præterea & civitati maxime peccifera est opinio salutem publicam in legibus tantummodo sanciendis non autem jugiter observandis, consistere; ut autem observentur curæ non solum imperanti sed unicuique etjam civium esse debet. Qua propter qui legum præscripta ad jura sua tuenda adhibere non intelligit, idcirco earundem præsidio nequaquam est exendum; sed ab iis, qui ingenio eidem præcellunt, juvandus & indemnis conservandus.

gentem inter eas differentiam, prout vel civiles vel crimanales sunt, itemque accusatoris vel accusati res agitur, intercedere deprehendimus.

§. III.

De Patrocinio caussarum injustitiae nomine suspectarum quæstionem primo instituentes, quo pacto Lex naturalis licentiam accusatori patrocinandi permittat, paucis jam explicabimus.

Cum igitur homines felicitatis consequendæ, adeoque potius litium tollendarum quam movendarum, gratia civitatem inierint omnesque cives ad salutem publicam junctis viribus promovendam se fe obstrinxerint; nullam huic infligendam esse calamitatem nihilque civibus, quod tranquillitati eorum dispendio esse possit, moliendum esse clarissime appetet. Patet itaque quam turpiter hi & officia sua erga patriam civesque observanda prætermittant, & sic ex pacto suo discedentes, jura civium, quæ vocantur perfecta, gravissime violent, qui vel suis consulentes utilitatibus ex quacunque justitiae specie actionem aliis intendendi occasionem arripiant, vel aliis permoti rationibus in dubiam caussam ultro ingrediantur (a). Quamobrem nec difficile hinc intellectu

C

esse

(a) Sanctissimam itaque doctrinam tradidit SALVATOR Math. Cap. V. Ver. 40. dicens: τῷ Θέλοντι σοι κερδῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σε λαβεῖν, ἀφες αὐτῷ καὶ τὸ ἴματιον.

esse existimamus, caussæ istiusmodi patronum temeritatis hujus se se reddere participem, periculumque aliorum labefactandi commoda, bona haudquam facere posse conscientia (b).

Ut vero uberioris his affulgeat lumen, quid de conscientia dubia præcipiat Lex naturæ breviter perstringamus. Anceps nihilque certi de actionis suscep*ptæ* vel suscipiendæ honestate ac turpitudine pronuncians animi judicium Conscientiæ Dubiæ nomine a Philosophis insignitur. Dubitationem vero hanc removere eo majori allaboremus studio, quo certius no-

vi-

(b) Bene monet PHOCYLIDES: Μήτ' ἀδικεῖν εἴθελης, μήτ' εἰδεῖν εἴσοντος. Carm. Nuth. v. 19. Scelestum enim cum sit facinus in quantum fieri potest mala meditanti non obsistere concordiaque confulere; quanta censeatur impietas discordiam concitandi & alendi pacisque turbatoribus arma, quibus civibus suis noceant, subministrandi? Indicat sequens exemplum, quam pestem reipublicæ inferat improbitas Causidicorum: *Matthias Corvinus illos ex Hungaria expulit, ubi sine juris peritis vivebant, non tamen sine jure. Nam ex antiquis moribus & paucis quibusdam legibus omnes suas controversias componebant.* Venerant autem illi cum Beatrice Ferdinandi Regis Neapolitani Filia ac brevi tempore effecerant, ut ubi nulli antea erant lites, ibi omnia litibus ferverent, cuius rei per nobiles admonitus Rex illos expulit. VERNULÆUS loc. cit. Cap. 9. Perhibet idem Ferdinandum Hispaniarum regem prohibuisse ne ulli causidici in indiau Orientalem ducerentur, ne litium semina secum portarent loc. cit. Hæc tamen eo consilio, ut justis causidicorum aliquid dematur laudibus, nos monuisse neminem speramus arbitratum.

vimus lege naturali esse sanctum & divino oraculo (c).
confirmatum, quemlibet agentem quod dubitet æquum-
ne sit, an iniquum, gravem culpam admittere (d).

C 2

Cui

(c) *Rom. Cap. XIV; v. 23.* Πᾶν ὁ ἐκ ἐν πίστεως, ἀ-
μαρτιαὶ ἔστιν.

(d) Verissime itaque CICERO: *Bene præcipiunt, qui ve-*
tant quidquam agere, quod dubites æquum sit an iniquum;
æquitas enim lucet ipsa per se: dubitatio autem cogitationem
significat injuriæ. *De Offic. L. I. Cap. 9.* Praeclare Cel.
GARVE (Anm. zu Ciceros Büch. Von den Pflichten) ad h. 1.
Augenscheinlich ist etwas wahres, in der Erfahrung welche Ci-
cero ansürt. Sie tritt besonders in dem falle ein, wenn eue
uns sehr vortheilhafte Handlung uns doch noch Bedenken er-
regt. Daz Gegenwicht muß stark seyn, welches den Auschlag
der Waage zu rück halten kan, wenn die eine Waagschale so
sehr beschwert ist. Wen unser dunkles Gefühl, unserm Ei-
gennütze widerspricht: so sagt es gemeiniglich die Wahrheit:
weil Vorstellungen, welche einer herschenden Leidenschaft ent-
gegen stehen, nur durch starke Gründe hervorgebracht wer-
den können. Et infra: Wenn unser Verstand mit Entwür-
fen beschäftigt ist, welche unsern Vortheil betreffen; und sich
mittten unter die selben, Gedanken von Unrecht eindrängen, die
wir gar nicht herbeij gerufen haben: so ist es gemeiniglich die
Stimme der Natur und des Gewissens, welche sich hören
läßt. Wir müssen ihr also ohne Widerrede folgen, wenn die
Sache keinen Aufschub leidet: oder wir müssen uns wenigstens
durch sie, zu einer genauen prüfung der Rechtinäßigkeit unsrer
Entwürfe auffordern lassen. Quæ ut probe perpendantur ac-
culatoribus iusto an iusto manum admoveant negotio dubi-
tantibus quam diligentissime commendamus. Cfr. RACHELIUM
aliosque ad eundem loc. Non omnimode seu simpliciter, ut

Cui quidem effato minime repugnat regula a Docto-
ribus Philosophiae moralis tradita: *obligatio laxior ce-
dit arctiori, quando utriusque simul nequit satisfieri (e).*

Quum

loquitur, vera hæc visa sunt TITIO Obs. 19. ad Puffend. de
Offic. hom. & civ. sed opinionem ejus præter alios optime
convulxit BARBEYRAE ad Puff. de Jur. N. & G. L. I. c. 3.
§. 8. Not. 2. 3. doctrinam hanc sic proponens. *Se determiner
à agir sans une connoissance certaine que ce qu' on fait est
bon, ou du moins innocent, c' est s' exposer à tomber dans
l' Erreur, & par conséquent s' engager, entant qu' en nous
est, dans toutes ses mauvaises suites. Cela a lieu sur tout
dans les choses de grande importance, comme quand il s' a-
git de condamner quelcun, ou de lui causer du mal, de
quelque manière que ce soit. Car alors la justice de ce qu'
on entreprend de faire, doit être si claire, que ceux-la mê-
me contre qui l' on agit, soient obligez, d' en convenir——
C' est la maxime de l' Ecriture Sainte —— Tous les Sa-
ges Païens, & Grecs & Barbares, ont donné la même
Règle.*

(e) Bene HÖCHSTETTERUS: *Quid tum factu sit opus,
si cui omnino alterutrum sit faciendum, & de utroque ta-
men an æquum sit, dubitetur? Respondet Grotius licere ei
eligere, quod minus iniquum esse videtur: Semper enim, ir-
quit, ubi electio evadi non potest, minus malum rationem
induit Boni. J. B. II. 23. 2. ubi tamen notandum, hoc axio-
ma in malis damnosis, non autem moralibus locum haberes
in collisione autem Legum apparenti non eligitur minus ma-
lum præ majori, sed quod extra ejusmodi collisionem pecca-
tum erat, desinit esse peccatum. In damnosis minus dam-
num naturam induit lucri, sed quod turpe est, pro impossibi-
li semper habendum. Colleg. Puff. Exerc. II. §. 26. not. (d).*

Quum vero negotium, cui manum admovere sibi proposuit accusator, tantam probabiliter semper patiatur moram, ut indolem ejusdem, si modo velit, sibi probe perspectam reddere queat; patet nec clienti conscientia aggravato dubia, nisi eo pacto, ut caufsa, si eam obtinere contingret, insigni vel sibi vel Rei-publicæ illatae vel inferendæ calamitati resellendæ inserviat, alium ad judicem accersere (f), neque Pa-

C 3

tro-

(f) Quamquam enim nefarium sit commoda sua ex alterius incommodis comparare, humanitatique & prudentiae non minquam repugnet nihil de jure suo vitæ tranquillitatis conservandæ gratia cedere; justa tamen nostra commoda ita negligere, ut aliorum utilitati cum ingenti nostro dispendio consulamus & in caussam quamvis iniuritia suspectam, si quidem salutem nostram attingit, metu ne forsan innocentij detrimentum quoddam afferatur, ingredi religioni habeamus lege naturali nobis non est injunctum. *Car tant qu' on ne fait que ce que l' on devoit faire, on ne cause point de véritable Dommage, à la réparation duquel on soit obligé. Il suffit même d' avoir droit de faire une chose, pour être à l' abri de toute juste imputation du mal qui peut en rejallir sur autrui.* — Si en ces cas-là quelcun recoit du præjudice, à nôtre occasion, c' est un malheur pour lui ; mais, comme il n' y a point de nôtre faute, on ne sauroit raisonnablement nous rendre responsables de rien. BARBEYRAC L. C. L. III. c. I. §. 4. Cedit igitur hic obligatio aliorum commodis serviendo obligacioni veram salutem nostram promovendi. Difficilimum præterea est præceptis quibusdam omnia diverticula improbitati in hac re occludere; minimæ namque περισσότερις maxime questionem variant. Docebit Pietas & amor in patriam civesque quid in his honestrum aut turpe censendum.

trono a cliente constituto, si scrupulum sibi evellere non valet, nisi eadem proposita conditione, istiusmodi causam defendere licere (g).

Erunt tamen forsan nonnulli, qui nostræ non faventes sententiæ justitiam nullo subjici periculo, quamquam innocentes in judicium adducantur, modo candide & ut virum bonum decet causam accusatoris dicat Patronus, contendant; qui vero aliquid temporis huic rei paullo accuratius considerandæ dederit, is in eadem haud acquiescet sententia. Comprobatum namque vetustate est proverbium: *Macra concordia melior est pingvi sententia*; nec ineptum quidem illud judicet, qui sumitus non exiguos litibus impendendos, maximam temporis jacturam earundem caussa patiendam, variasque molestias subeundas esse perpenderit. Accedit ad hæc mala, quod reus, quamvis integerrimam tueatur causam, eadem tamen aut imperitia vel improbitate judicis vel patroni, aut legum

vi

(g) Nullo enim pacto huic licere potest, quod clienti non conceditur; *nemo enim plus iuris ad alium transferre potest, quam ipse habet*: Accusatoribus vero criminum publica auctoritate constitutis majorem largiendam esse libertatem existimamus. Nam *accusatores multos esse in civitate utile est, ut metu contineatur audacia*. Cic. pro. Rosc. Am. c. XX. Sollicite tamen etiam hic cavendum, ne iisdem ac in Romano olim imperio malis nimia sibi concessa licentia premant innocentibus; Verisima enim DOMITIANI vox: *Princeps qui delatores non castigat, irritat*. SVET. in vita ejus cap. 9.

vitiositate, aut testimoniorum defectu, aut denique variis inopinatis eventibus, haud raro cadere possit.

Temere igitur actionem alicui in civilibus intendere bono viro valde indignum est; in criminalibus vero, nisi gravissimis de caussis, aliquem ad judicium accersere non nisi improbum flagitiosumque decet hominem: in iis damnum nonnunquam compensari potest, in his ut plurimum est irreparabile; *Ut enim maxime sanetur vulnus ejus, qui delatus est, manet tamen cicatrix.*

§. IV.

Ad dubias pro accusatis dicendas caussas progredientes, si illud quod §. II. attulimus juris naturæ mandatum perscrutemur, has ab accusatoris caussis toto cælo distare, oppido visuri sumus. Ideo enim in restrictionem libertatis suæ, bonorum humanorum facile principis, consenserunt cives, aliaque multa haud levia in se suscepserunt incommoda, ut mutuo fulti auxilio intra civitatis pomœria tutam a malorum insultibus vitam agerent. Sonticam itaque & gravissimam oportet esse caussam, quamobrem salutis suæ vel levissimum deperdant præsidium. Cum vero tota clientis salus haud raro e prudenti pendeat patrocinio (*a*); patet hoc refugium accusatis propterea,

quod

(*a*) Manifestissimum hujus rei documentum nuperrime præbuerunt caussæ *Cardinalis de Rohan, Parisis, & ancillæ Salmon, Cadomi*, de hac vid. *Stockholms Post-Tidn.*

quod caussæ eorum injustitiae nomine suspectæ sint, haudquaquam esse occludendum. Scopum enim, quem sibi præfixerunt civitatem ineuntes, qua ratione attin- gent, qui leges, unicos salutis suæ custodes, improbitate scelerum civium eidem perniciosissimas esse expe- riantur. Quod quo pacto fiat in §. §. I. II. ostendimus. Tanto vero in diserimine unquam versari justitiam, etiam minus apertam, sanctissima hanc patitur lex naturalis.

Porro nec in accusati, ut in accusatoris, situm est potestate, utrum in jus ire, vel pacis tranquillitate perfrii voluerit, neque ei ultra præscripti tempori- ris spatium caussam differre licet. Aut itaque reus tardus, rudis & imperitus in præsentissimum adducatur discrimen, aut patrocinium caussæ, forte injustæ, suscipia- tur; jam cum alterutrum necessario sit agendum, impri- mis propter magnum inter eligenda discrimen, tutiorem partem esse præferendam quisque facilime perspicit (b).

O-

1786. N:o 49. Cæterum tot hujus rei quotidie fere occur- runt exempla, ut quædam afferre non expedit.

(b) Conf. GROTIUS de *Jur. B. & P. L. II. c. 23. §. 5.* PUFF- FEND. de *Jur. N. & G. L. I. c. 3. §. 6.* & *Diff. Acad. Præf. NE- LANDRO* edit. de *Parte tuitiori eligenda.* Vere BARBEYRAC ad *Puff l.c.* En effet, comme le dit judicieusement Mr. De la Bruyère, un Coupable puni est un exemple pour la Canaille: un innocent condamné est l' affaire de tous les honnêtes gens. Vid. §. præced. not. (e). Præterea æquissima est juris Naturalis civilisque regula: *In dubiis benigniora semper præferenda sunt,* tritaque sermone pa- ræmia: *quisque præsumitur bonus donec probetur contrarium.* Ubi tamen probe obliervandum putamus rei, qui iceleribus flagi-

Ostendimus quidem supra, Patronum ad indolem caussæ a se agendæ, quo justæ sit an injusta pateat, sollicitè perscrutandam lege naturali esse adstrictum; Attamen quominus hoc in caussa accusati ex sententia semper ei succedat non unum obstat impedimentum (*c*). Litis enim contortæ indolem qua ratione perspiciat Patronus? Nec enim titulo, quem eidem imponere placuit adversario, fidem habere potest: injustitiae enim notam caussæ etiam justissimæ callide infligere sciunt improbi; Neque speciem, quam præ se fert caussa vel acre judicio perpensa, minime fallacem semper judicet vir prudens, quippe qui sœpiissime accidere noscat, ut atrox primo intuitu crimen videatur, quod, caussa diligentius cognita, leve admodum delictum esse apprehenditur (*d*). Quid! quod accidere posse, ut innocens nocentem se confiteatur, historia doceat (*e*).

D

Quis

tiisque vitam suam polluit nec postea vitæ integerimæ dedit documenta, patrocinium, saltem in criminalibus, non nisi summa cogente necessitate iucipiendum esse, cum alias ob eaussas, tum ob prudentem ISOCRATIS admonitionem: *Nilli malo negotio adfis, neque Patronus sis, Videberis enim & ipse bæc facere, in quibus sane aliis facientibus succurras.* Orat. ad Dem. p. m. 26. Interpret. Neandri.

(*c*) Angustiam illam temporis, cuius nuper mentionem fecimus, imprimis ubi perplexa fuerit caussa, haud parvi hic æstimandam esse facillimum est intellectu.

(*d*) Vid. sup. *not. (a)*.

(*e*) Egregie hanc rem explanat *Diss. Acad. Praef. Cet.* Prof. BILMARK edita *De Non-Reo confidente.*

Quis itaque non videt & opus periculose aleæ plenum aggredi, qui justitiam caussæ accusati a se defendendi trutina exquirere conatur (*f*) & felicitatis humanæ firmissimum fundamentum, justitiæ puta tutelam, subruere, qui patrocitium illius nisi de hac certo constiterit legi naturali contrarium esse contendit.

Sane, hac adoptata doctrina nefarii improborum conatus inimicis suis calamitates moliendi, saltem infamiam iis conflandi, utilitatisque suæ gratia aliorum salutem convellendi nequaquam comprimerentur, quin potius magis assidua in hanc rem conferendi studia, ansa iisdem præberetur oportunissima.

(*f*) Nimis namque in justitiæ caussæ implicatae exploranda curiosus & judicis, contra quam fas est, sibi arripit munus &, argumentis adversarii, facilime forsan refellendis, nondum cognitis, perversam saepissime fert sententiam.

